



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De Pronvntiatione. Liber Nonvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)



DE
PRONVNTIATIONE
LIBER NONVS.

*Actio cor-
pori elo-
quentia.*

IN Eloquentiæ potissimum ex-
ercitatione conformari solet a-
ctio, cuius vis maxima est, & ad
omne momentum persuasio-
ni efficacissima. Est enim cor-
poris quædam eloquentia, qua
fit, ut animus optimis sensibus affluens in cor-
pus emanet, etque sui generosaro speciem im-
primat. Ut igitur lumen à sole, sic ab intima-
mente profuit actio, imò mens ipsa in actio-
ne se prodit, quasi in speculo, & per vultum,
per oculos, per manus, per vocem, optimum
eloquentiæ instrumentum, in exteriora sese
diffundit: cumque ea, quæ interiora sunt,
minus pateant multitudinis ingenijs, quæ o-
mnia ex oculis meriti solet: contra, quæ viden-
tur, & audiuntur, vehementius animos per
sensum transfusa percillant, euenit, ut qui a-
ctione floruerint oratores, omne (quod aiunt)
punctum semper retulerint: nec immerito
eamdem eloquentiæ primariam, & penè vnam
virtutem agnouit Demosthenes.

*Actio vsu-
potius d. sci-
tur, quam
præceptis.*

Quamobrem, & ei, qui seriò decus affectat
eloquentiæ, diligenter conformanda est, &
omni ex parte perpolienda, quamquam
superuacaneum existimo, de ijs longam
præceptorum seriem texere, qua potius è
naturæ cuiusque affectione, viua voce, &
continua exercitatione petenda sunt, quam
ex scriptorum monumentis expectanda:
Qui enim hæc scrupulosius inquirent, ex li-
bris, & exercitationi minimè insistant, i-
dem mihi facere videntur, ac si quis, ut
in strenuū militem euaderet, gladiatorum di-

ctata multa quam auidè colligeret, ludi verò
gladiatorij aspectum, & rudes, & petitiones, &
declinationes nunquam digladiando experi-
retur. Est autem ciuilibet promptius actionis
vitia, & deformitates notare, quam quid opti-
mum sit, in tanta corporum, & ingeniorum
varietate definire.

De actione molli, & curata.

CAPVT I.

Familiarissimum est ijs, qui ex Rhetorum
ludo, & præceptis adhuc calent iuuenilius,
actionem nimis mollem, & curatam studiose
consecrari, quia plurimum sæpe deperditur
grauitatis.

Alius est Athleta in ludo, alius miles in a-
cie, cum ad pompam, & delectationem refe-
rantur omnia, exilire solet liberius actionis
quædam affectata iucunditas; At vbi seriò cū
hoste confligendum est, deflorescit hic ab arte
numerosus lepos, & plus sapè naturæ, quam
præceptis tribuitur.

Non enim satis sani videntur, qui certan-
tem hominem, & iam in sudata lorica de-
grantem, volunt minutulis quibusdam præ-
ceptis, & legibus illigare, qui Oratores ad re-
ligiosam Phœnæcorum obseruationem reuo-
cant, abstinentiam ciborum variam præcipiūt,
liquidorum etiam plasmatum sorbitiunculas
prescribunt, gestum deinde formant, quasi ex
pixide ad choræas, non ad tubarum sonitus, ar-
morum.

*Actio sebr-
la nimis
plemque
delicata.*

*Actio nimis
curata non
satis solem,
& palnet
legum et
amini.*

Simile de
equis Sybari-
titarum.

morumque terrores educturi essent orato-
rem? his igitur saepenumero contingere so-
let, quod Sybaritarum equis ludionibus qui-
dem illis, sed minimè bellicosis: Quippe gens
choraeorum, ad insaniam vsque auida, etiam
equos numerosè saltare docuerat, qui post-
quam ex saltationum umbraculis, in solem,
& puluerem sunt producti, Martis & tuba-
rum ignari, nimis infulse compositis moti-
bus lasciuientes, se, & totum exercitum per-
diderunt: ita illi ab imis vnguiculis ad verti-
cem vsque venusti Rhetores, qui triumphant
in lusionibus, in legitimis praelijs, si eandem
teneant rationem, se, & causas in discrimen
adducunt.

Itaque bene monet Quintilianus, actionem
non esse delicijs molliendam: Alioqui niuida
illa, & curata pronuntiatio insolitam laborè
recusabit, vt assucta gymnasijs, & oleo cor-
pora, quamlibet sint in suis carminibus spe-
ciosa, atque robusta, si militare iter, facesque,
& vigilas imperes, deficiant, & quærant vn-
ctores suos, nudumque sudorem.

De actione rudi, & vasta.

CAPVT II.

Moderata
actionis cul-
tura

Nequetamen cum mollis, & compta re-
pudiatur actio, eò deueniendum est, vt
cum ijs sentiamus, qui rudem illam, &
qualem impetus cuiusque animo tulit, acti-
onem iudicant fortiosem, & solam vicijs dig-
nam. Est enim profecto ab arte moderata
quædam cultura capienda; Nam etsi præcep-
tis istis in dicendo manifestè non vitimur,
tamen appareat, atque extat, vtrem aliquando
didicerimus.

Vt enim (quod ait M. Tullius) qui pila
ludunt, non vtuntur in ipsa lusione artificio
proprio palæstræ: sed indicat ipse motus, didi-
cerunt de Palæstram, an nesciant.

Sic in orationibus iudiciorum, concionum,
Senatus, etiam si non adhibentur gestus ex
schola, faciè est tamen intuei, vtum is, qui
dicat, liberaliter aliquando fuerit institut-
tus.

Omnis quidem affectatio, ac nimis delica-
tus lepos inuisus est, & merito in serijs præ-
sertim orationibus suspectus.

At ipse neglectus actionis incidit in aliud
vittium rusticitatis, quæ merito placere non
possit.

Itaque, vt qui formæ nimis student, elabo-
rantque curiosius, delicate mollitiei suspi-
cionem non effugiunt: eòtra, qui omninò ne-
gligunt rigorem quendam animi, & duram
speciem præferunt austeritatis.

Non dissimili ratione, quæ nimis excolit-
tur actio, pueriles delicias sapit: quæ profus
contemnitur, in ætalem duritiem transit,
quæ auditores retinere non potest: tenendus
est, vt in cæteris modus, & medium, in quo
solet virtus consistere. Quanquam si in altero
peccandum foret, facilius excusaretur simplex
quædam rusticitas, quam putidiuscula vo-
cis, gestus, & habitus affectatio. Quod Philo-
stratus disertè notauit in Philisco, qui ad eò
Antonino Imperatori ob infractam molli-
tiam actionis displicuit, vt inimicitate, quæ
cæteri penè omnes sophista gaudebant, exci-
deret, vbi inter cætera notat, καὶ τὴν πολλὴν

Philost. in
vita Philisci
sophista.

ἀσχημὸν ἔδρα, καὶ τὴν φωνὴν μισροδύλος, καὶ
τὴν γλῶσσαν ὑπίος, καὶ βλέπων ἐτέρωσέ πο-
μᾶλλον ἢ ἐς τὰ νοσηδύρα. Veste, inquit, in-
decorus, voce penè effœminatus, lingua su-
pinus, & alio quouis potius in dicendo, quam
ad sensa respiciens visus est. Quam ob rem
Imperator in Philiscum conuersus, eius os
continuo represit, angustas interrogaciones
ingerens; ad quas, cum Philiscus minimè re-
sponderet: τὸν μὲν ἀνδρα, inquit Antoninus,
δεικνύσιν ἡ κόμη, τὸν δὲ ῥήτορα, ἡ φωνή; & cum
sibi, ob sedem Athenis datam, immunitatem
quoque concessam dicitaret, reddit Impera-
tor, se non τὰ μικρὰ, καὶ ἀσέλεια λογάρια,
immunitatem concedere. Ita ille vitio præuæ
actionis irrisus, & nuictatus est.

Actionis de-
licatæ et gida
conferunt.

De actiuosa, & frigida.

CAPVT III.

Is est plebeiorum fermè hominum sensus, *Actiuosa*
vt nullam putent egregiam, nisi quæ *con-*
quiescens
tem indignetur, actionem, in qua & rigidi
vultus toruitas, & clamoræ fauces, & vox vlu-
lans, & pedis suppositiones, & brachiorum re-
migatio, & totius corporis dissoluta quædã,
atque intemperans iactatio, quæ tamen agedi-
ratio, quam parum sincera sit, & prædens, de-
clarant summorum Oratorum de pronun-
tiatione iudicia.

Demostq. de clamoribus iudicium.

Siquidem Demosthenes eorum perstringens insecitiam, qui, ut valentissimum quemque latebatur, ita optimum iudicarent Rhetorem. Præclare monuit Oratores, non ex voce, sed ex mente dignoscendos, οὐκ ἐκ τῆς φωνῆς, ἀλλ' ἐκ τῆς γνώμης.

At M. Tullius clamorosos illos latratores claudis similes esse dictitabat, sicut enim hi ad equum imbecillitatis suæ perfugium, ita illi ad clamorem, ignorantia suæ præsidium concurrunt. Hoc deinde clamore, quasi robusto iumento ferocius inuesti, ad imperitos quosque tripudiant. Sed nunquam Homerus Stentorem inter oratores numeravit, nec magis hoc nomine possunt fieri eloquentes, quàm baiuli citharæ cedi.

Itaque, licet promptissimum sit eloquentie telum vox firma, & robusta, nec tamen nimia contentione pollicis auribus officiat, providendum est.

Carneades, ut clamorosus arguitur.

Nec immeritò Carneadem Stoicum, nondum tantæ apud Philosophos autoritatis, in gymnasio disserentem, misso quopiam gymnasiarchus monuit, ut vocem acutam remitteret. Erat enim natura vocalissimus. At cum ille respondisset; Da mihi vocis modum. Non ineptè occurrit, Do cum qui tecum sermocinatur?

Ex quo fit, ut pro locis, & auditoribus conformanda sit vox, ne aut nimis demissa sit, aut etiã sonantius, quàm necesse sit, exiliat.

Multò verò magis gestus prudenter est temperandus, ne in calore orationis, præter modum subsultans efferratur.

Haterij a. Stro. vobis mens. Seneca in consuetudine.

Quintus Haterius, quem sufflaminandum Augustus Imperator, sumpta à curribus metaphorâ, dictitabat, seruum à tergo perorans habuit, qui ardore quodam eloquentiæ vehementius procurrentem, tactu moneret, & ad æquitatem orationis reuocaret.

Dici non potest, quantum à veteribus exagitata fuerit ea, quæ in rebus etiam modicis cernitur apud complures insolens totius corporis, ubi nihil opus est, iactatio.

Titius altitatio. Cicero in Bruto.

Sextus Titius, homo loquax, & acurus, tam solutus, & mollis fuit in gestu, ut saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset, ita actuosus orator triuialibus etiam probis concisus, eius vitij deformitatem magis insignem reddidit.

Quintil. li. ii.

Nec temperatio fuit Manlius Sura, quem cum Domitius Afer multum in agendo dis-

curfantem, salientem, manus iactantem, togam deiecientem, ac reponentem vidisset, nō est agere, ut agere dixit, sed satagere, hoc est frustra, misereque conari.

Alij hac corporis agitatione minimè contenti, multa passuum millia, ut ille Virginijs antifophista, declamant; contra quos lineam meritò Cassius Seuerus poscere solebat, ut aliquem excursionis terminum, qui in stadijs adhiberi solet, constituerent.

Alij mentum intorquent; alij femur, & frōtem in nugis feriunt; alij pulpitum perpetuis ictibus terunt. Nonnulli etiam capillos velunt, quod Socrati ardore mentis inuicissimò contigisse, narrat Diogenes Laertius.

Hæc sanè vitia sunt actionis profus illaudata, quæ cum omnes dedecant, maximè tamen graues personas, & sedatas orationes: etsi in oratore plurimum laudis obtineant affectus, nunquam tamen ita debent esse immoderata, ut extra se exiire orator videatur, alioqui nisi per motionis ipse potens fuerit, contemptus efficitur.

Deinde gratitati non parum officere solet crebra illa corporis iactatio, & iuuenilis motus ostentationem habet non mediocrem.

Contra, quæ sine hac gestulatione sapientum voces exprimentur, ex tranquillo mentis sacrario, quasi ex oraculo fluere videntur, & ideo ad persuasionem plus habent firmitatis. Sedata presentis sacrario, quasi ex iactatione

Quamquam in eo magna est argumenti ad dicendum propositi habenda ratio, & alia sedate, alia seuerè nonnunquam, & atrociter dicenda sunt, nunquam tamen insane, quod ijs accidit, qui in nugis tragica, & ululanti voce lasciuunt.

Aliorum longè dispar est ratio, qui adeo misere, & frigide dicunt, ut ubi irasci, tonare, ac fulgurare oporteat, non magis ardescant, quàm gallinæ madidæ, & lectoris tono Thyestæas exercitationes decurrant.

Hoc vitium in M. Callidio, Q. Gallo accusatore præstringit M. Tullius. Cum enim affirmaret se testibus, chirographis questionibus, probaturum sibi à reo fuisse præparatum venenum, sed interim rem atrocem, remisso vultu, languida voce, ac relicto gestu parum concitato pronuntiarer, M. Tullius; Tu, inquit, nisi fingeres, M. Callidi sic ageres? Ex actione colligens, illum non ex animo loqui.

Qui sunt ita affecti ad consolandos in valetudi-

rudinario ægrotos magis, quam ad grandiores orationes sunt idonei, quanquam occurrunt nonnunquam tempora, & auditores, apud Arcopontas, qui res simplici oratione narrari, nullis vero motibus exaggerari, incendi ve iubebant.

In hoc genere magna, & ætatis, & personarum, & rei ad dicendum propositæ habenda est ratio: quædam enim sunt, quæ gestum nullum ferunt, sed quò simplicius dicuntur, eò plus habeant ad persuadendum roboris. Contra, gestus si quid artis oleat, de fide, & auctoritate dicentis nonnihil detrahit.

Alia tempora de industria promunt eloquentiam, alia celant, & eius percallidè declinã, opinionem, omnia rerum momenta prudentissimo præter. in oratori sunt expendenda, & vt styli, sic actionis quoque adhibenda est varietas.

De Cantu, & monotonia.

CAPVT IV.

SED nos errata, quæ in oratione contingere solent, plenius agnoscamus. Omnino, vt ea tota in pronuntiationem, & gestum diuiditur, ita vocis, & corporis vitia sigillatim expendenda sunt.

Quo in genere primum est, & familiarissimum cantus, quod inuilius sit, an scædus dubitare se dicit Fabius: appellatur istud à nonnullis Caricum vitium, & *καρικὸν μῆτρον*, quod Cares, vt lamentabili cantilena supra cæteros delectati, locum prouerbio dederit: ita etiam stibiles Rhetores habuerunt, quos pene cantasse in epilogis testantur Marcus Tullius, & Fabius Quintilianus: Si quis autem quaeratur, quid sit cantus, dixerim esse elamofam quandam, & subsultantem vno fermè tenore naniam.

Primum igitur animaduertas in cantoribus *Μονωτονία*: hoc est vocem etiam in cantu, vnius semper tenoris, si nilem tabulis, quas *μελωδία* appellant, non quod non habeant aliquam modiorum disparitatem, quam cantus necessariò solet includere, sed quod desit illis aucupium rarissimæ varietatis, qua pro arguentorum dissimilitudine suam nau oratores perspergunt actionem.

Itaque, si narratiunculam quandam in submisso genere dicendi cantores percurrant, vbi minime affectatus requiritur pronuntiationis lepos, insurgunt, inelamant, cantant, nec alio tenore dicunt, *fer vnum, fer aquam, o puer, vel, nam postquam venit hic ad barneas, coepit defricari, quam, O Cheronæa pernicio us ager! o transfuga ad Barbaros Bœotia! ingemiscite Heroum anima, ad Plataas vici sumus*. Deinde quicquid dicunt, tanta voce, tantaque contentione spiritus pronuntiant, vt agrè postea submittere, & in exilem sonum deslectere possint, sed vox semel incitata, quasi effrenis Numidarum equus ruit, & nulla moderatione temperatur.

Accedit inter eosdem semper limites subsultans quidam puerilis tonus, quo vox in alijs muliebriter frangitur, in alijs perquam flebiliter vlulat, ad summum totam pronuntiationem corrumpit.

Scædum illud quidem est in oratoribus, (vt ait Quintilianus) & inutile vitium, scædum propter inflexiones muliebres, & vlulatus: inutile propter frugis, & fructus inopiam. Nihil magis officit persuasioni, nihil minus afficit naum auditorem, nihil viro oratore indignius.

Quare, quicunque hanc agendi rationem sequuntur, paucis fortasse mulierculis, & auribus valde plebeijs placent, à viris prudentibus, non secus ac declamatores pueri audiuntur, qui nec delectare, nec prodesse possunt.

Quoniam euenit sæpè, vt istud, quicquid est vitij, tum sanctitatis, tum doctrinæ virtutibus nonnulli sacri Oratores tegant, tamen si hanc eloquentiæ maculam eluerent, longè gratior eorum, addo etiam vtilior in publicum maneret oratio.

Radix vt plurimum huius mali pullulat in scholis, in quibus pueri rebus tragicis, & grandibus assueti, quæ vocis contentiones, & alios flexus desiderant, rati omnia eodem tenore pronuntianda, & in hac vocis infractione pulchritudinem quandam extare eloquentiæ, res ciuiles, minutas etiam plerumque, vel festiuas, eodem spiritu dicunt, & pronuntiant, videre est etiam adolescentulos in infimis scholis delitescentes, (ita dulcium vitiorum illecebra trahit imitatores.) Despauteianos versus recitare, non secus, ac si Milonianæ perorationem, aut Priami cædem, aut Niobes lachrymas declamarent.

Hoc demum vitium in theatris alitur, vbi torui, & furiosi, & vlulantes, & ad insaniam vsque

Cantus scædum pronuntiationis vitium.

Radix & origo cantionis.

Eductio cantus.

Cantus ap-
pe arsur
Caricum
vitium.
Suid. &
Fab. l. ii.

Cantores
non habent
vocis vari-
etatem.

vsque actiosi visuntur, quæ dum apud imperitum populum, qui istis rebus pascitur, habeant aliquid incunditatis, e scena transeunt, non modo in oratorum pulpita, sed in ipsas concionatorum cathedras, ex quo latius in dies blandum serpit malum.

Remedium aduersus cantum.

Qua igitur ratione hæc pronuntiation tam peruersa euelli possit, hæc opinor, si pueri primum rebus submissis, & humilibus rotundè pronuntiandis affuescant, nec statim ad tragicas illas nœnias, aut furores etiam procurant.

Deinde, si sensum eorum, quæ recitant, maturè animaduertant, interdum etiam vernacula, non illa inflata, & tragica, sed graui, & sedata pronuntient. Præceptores bene monentes audiant, sua etiam vitia in alijs recognoscant.

Postremo, vbi iam ad illos palæstræ motus aptiores, & magis compositi fuerint, in orationibus exerceantur, quæ varios motus, ac vocis inflectiones admittant; vt quid submisit, ac leniter, quid festiuè, quid atrociter, quid sedatè, quid concitatius dicendum videant, e quibus pronuntiationis grata comparatur varietas.

Pronuntiationis exilis siccitas fugienda.

Næque vero, cum tantoperè cantus exagitur, in eorum sectam transeundum est, qui dum Scyllam fugiunt, in Charybdin incidunt: Dum enim sibi persuadent cantionem esse ab oratore alienam, in exilem quandam deueniunt pronuntiationis siccitatem quotidiano sermone simillimam, quam iure reprehendit Quintilianus, oportet enim esse aliquid in actione nitoris, & curæ, quod qui penitus euellere stuant, corrumpunt eloquentiam. Maximè verò illud apparet in floridis argumentis, vt in ipsa Poëmatum recitatione, in qua, qui pueros in eam conantur adducere seueritatem, vt naturaliter, quod aiunt, pronuntient, non solum quicquid in ea atate est, tollunt gratiæ, & iucunditatis, sed eorum actionem subleuam, exilem, languidam, & penè senilem faciunt, vt præ illis iam cantores disertis, & benè fortunatis videantur. Quis enim eum ferat, qui istos versus hamiliter pronuntiet.

Soro tonantis (oc enim solum mihi
Nomen relictum est) semper alionum Tonem:
Ac templi summi vidua de'erui atheris,
Lo.umque caelo vultu pel'icibus dedi.
Non secus, ac si Dauus aliquis dicat,

Here salus, aut Phœdria secum.

L' unrus eo crepi egomet, mecum inter viam.

Ita vbi vbi, quia in animo est molestia

Aliam rem ex alia cogitare.

Cantum

(Quaquam, & hæc etiam aliquid artis desiderant) planè ridiculi sunt, qui ita pronuntiant, nec vident M. Tullium hoc genus improbare, qui dixit in oratione, cantum esse a. a. bet. que subobscurorem, artificiosos scilicet vocis flexus subindicans, quos, qui omnino reijciunt, dum se artificiosa dicunt improbare, suauitatem suam persuasionem, sed cæterorum labori dent veniam, qui nihil credunt esse perfectum, nisi vbi natura cura iuuatur.

De alijs pronuntiationis vitijs.

De Coccyismo, Brancho, Suspirijs, Blasfa nare.

CAPVT V.

Alia sunt pronuntiationis vitia, & ea quamplurima, inter quæ Coccyismus, Branchus, Suspiria, & Blasfa nares sapius numerantur.

Coccyismus fit, cum vox supra vires virgetur, vnde & suffocata sapere, & maiore nisu, minus clarè est, & interim elisa in illum sonum erumpit, cui Græci nomen ab immaturo gallorum cantu dederunt. Quale autè istud sit, apparet ex Iulio Polluce, qui nonnullis gallicis tribuit, ex auctoritate Demosthenis, & Hyperidis, ὑπεριονε ἵχθ Δημοδενης, ἐπ ἀλεκτηροναν το κοκκυεινον.

Branchus, siue βραχχο est longus, & plenus, & clarus suis spiritibus, non tamen firmæ intentionis, ideoque t. emulus, vt corpora, que aspectu integra neruis parum sustineantur, vt ait Fabius, cuius etiam vitij meminit Pollucis Quomasticon, & βραχχων φωνη nominat.

Suspiriosi alij sunt, qui spiritum cum stridore per raritatem dentium non recipiunt, sed resorbent, sunt qui crebro anhelitu, & intortum etiam clarè sonante imitentur iumenta onere, & iugo laborantia: Quod affectant quoque, tanquam inuentionis copia virgeantur, maiorque vis eloquentiæ ingruat, quam quæ emitti faucibus possit: Est alijs concursus oris, & cum verbis suis colluctatio: iam rursus, & expuere crebro, & ab imo pulmone pitui amaroctis adducere, & oris humore proximos spargere, & maiorem partem spiritus in eloquendo, per nares effundunt.

Pronuntiationis vitia.

effundere, etiã si non utique vocis sunt vitia, quia tamen propter vocem accidunt, huic loco subiunguntur. Quod verò ad rectam spiritus, & vocis œconomiam attinet, nec volubilitate nimia confundenda, quæ dicimus, quæ, & distinctio perit, & affectus, & nonnunquam etiã verba aliqua sui parte fraudantur, cui contrarium est vitium nimie tarditatis. Nam, & difficultate inveniendi fateretur, & segnitia soluit animos, & in quo est aliquid temporibus præfinitis aquam perdit. Promptum sit os non præceps: moderatũ non lentum. Spiritus quoque, nec crebro receptus concidat sententiam, nec eo vsque trahatur, donec deficiat. Nam, & deformis est consumpti illius sonus, & respiratio sub aqua diu pressi similis, & receptus longior, & non opportunus, ut quia fiat, non ubi volumus, sed ubi necesse est. Hæc Fabius.

De vocis naturalibus vitijs, & virtutibus.

CAPVT VI.

Vox nigra
qua?

Iulius Pollux Onomastici lib. 2. ca. 26. viginti ferme vitia enumerat, quibus mala vox appellari solet.

Prima est *ἀσπασα* nigra, hoc est obscura translatione ducta ab oculis, ad aures. Nam ut nigrum segnius oculos afficit, ita hæc vox difficiliter in aures penetrat, & secum minus habet amenitatis, imò tristis retinet quidpiam horrois.

οὐκ fusca, vel subnigra, differt quidem à nigra quod minus habeat obscuritatis, sed tamen à pura vocalitatis nitore longe abest.

ἀνδύς inamena, quales esse solent aliquando robustissimæ voces, cum quibus raro miscetur iucunditas. Et id in Cassio Senero mirabile fuisse memorat Seneca, quod valentissimæ vocis retineret suauitatem. Hæc enim inter se raro conueniunt, ut eadem vox sit suavis, & solida.

ζυγκή pusilla dicitur à Quintiliano, quæ *ὑπερόψω* excessiua, & *εὐραγάνδης* opponitur. Talis est eorum, qui pipire magis videntur, quàm loqui.

στεινή angusta, quæ veluti per arctum gutturis canalem tenuiter eliquatur, nec aures implet auditorum.

δυσήκοε Quæ vel difficile auditur, vel

auribus importunè molesta est.

ἀσπιδίς subfunda vocatur à Fabio, quæ ut *Ἀσπιδίος* citharista sonum intus retinet, nec vocales habet emissiones.

Εὐρηχουμένη confusa, nec plene articulatis sonis distincta.

Ἐμυλῆς absona, discrepans, & inconcinna.

Ἀμυλῆς neglecta, sine nitore, & palestra.

Ἀνάγωγος rudis, & intractabilis, quales esse solent pulli equorum effrænes.

Ἀπειδίς ad persuadendum inepta, qualis esse solet vox cantantium in oratione.

Δυσόμακρος rigida, quæ ægrè flexiones admittit.

Τροχθα dura, & aspera, quæ strepitu aures offendit.

Δυσπυγία indisciplata, quæ fit, quando sermo subfultat imparibus spatijs, ac sonis, miscens longa breuibus, graui acutis, clara summissis, & inæqualitate horum omnium, sicut pedum claudicat sermo, eadem varia & inconstans dicitur.

Ἐπιπυγία tristis, & acerba, quæ aures iniucundum sonum fundit, qualis esse solet rotarum stridularum, aut incoacinnarum aurium.

Ἐρηχάδης infirma, quæ tenuis, & elisus spiritus, in raucam exilitatem spargitur.

Χαλκίφουσα ænea, quæ instar æris vehementi quodam tinnitu aures ferit.

Ὀξεία acuta, quæ sonantius, quàm par est, aures percellit, & penetrat. Non enim acutissimus sonus orationibus conuenit, quod prætenus sit, & nimis secans, & immodicæ claritatis, contrariæ verò virtutes sunt.

Ἰσχυρά alta, quæ ex firmis sparsa lateribus, aures implet plenissime.

ὑπερόψω excelsa, & exaggerata, quæ non modo plenius auditur, sed ipsa firmitate durabilis est.

Λαμπρὴ clara, quæ nitidius personat, & nullis maculis infuscatur.

Πλατὴα plana, fusa, explicata.

Βαρύα grauis, & prægrandis, esse solet valentissimorum musicorum, quæ si admixtam habeat suauitatem, laudatissima vox est, at verò dulcedinis expertis, plerumque in vastâ enormitatem spargitur.

Λευκὴ candida, & pura, quæ aures afficit, ut color albus oculos.

Ἐμμεκόδμη in pura, puta, & quasi omnibus vitijs, ac sordibus defæcata.

Virtutes vocis.

ἡδύα

ἡδῆ suavis, quæ gratiæ quodam flore delectat.

Ἐπαγωγῆς illecebrosa, flexibilis, & delicatis modulis affluens.

Ἐυκλειδῆς exquisita, culta, facunda. Ἐυκλειδῆς rotunda, simplex, & ad persuasionem aptissima.

Ἐυάγωγος tractabilis, quæ faciliè ab imo citatur ad summum, à summo defluit ad imū, & in omnes conciditur varietates.

Ἐυκαμπῆς flexibilis, & rigoris experta, quæ fingentem sequitur, ut cera mollis digitos.

Ἐυλιπῆς volubilis, citata, & velox, qualis esse solet optimorum oratorū, ubi pugnat densius.

Γλυκῆα dulcis, & molli quodam decore efflorescens.

Λυγρῆ canora, stridula, & ad citharæ fides apta.

Σοφῆς plena, perspicua, & auditu facilis. Διαφωρῆς splendida, & molliter pellucens.

Et hæc ferme sunt vocum genera, & virtutes, quæ à natura proficiuntur, ab arte tamen culturam capiunt, & nitorem.

De quatuor virtutibus pronuntiationis.

CAPVT VII.

Quatuor sunt præcipuè pronuntiationis virtutes, Puritas, Perspicuitas, Cultus, Habilitas.

Tab. l. 11. Prima virtus pronuntiationis puritas.

Puritas est salubritas quædam vocis, in qua nihil est vitij, cui officit vox subsurda, rudis, immanis, dura, rigida, varia, præpinguis, aut tenuis, inanis, acerba, pusilla, mollis, effœminata. Contrà iuuat os faciliè, explanatum, iucundum, vrbatum, in quo nulla rusticitas, neque peregrinitas resonet, ut ait Quintilianus, Cicero 3. de Orat. 41. pari ratione condemnat vocem mollem, muliebrem, extra modum absonam, atque absurdam, item agrestem, & rusticanam: vultque pronuntiarum non asperè, non vastè, non rusticè, non hiulcè, sed presè æqualiter, & leniter. Accedit etiam tonus, seu accentus, quo homines ut æra tinnitu dignoscuntur. Hæc virtus, tum natura, tum consuetudine paratur, cuius vis magni momenti est. Itaque plurimum auuabit à teneris rectè pronuntiationi assues-

cere. Nam qui grandiores peregrinas linguas discunt, vix adeò pronuntiant, ut ab indigenis vitioso quodam sonitu non discernantur.

Perspicuitas, & lux pronuntiationis est in articulata quadam expressione omnium syllabarum, legitimisq; interpunctionibus, de cuius qua ita præcipit Fabius.

Dulcida verò erit pronuntiatio, primum si verba tota exegerit, quorum pars deuorari, pars destitui solet, plerisque extremas syllabas non profertentibus, dum priorum sono indulgent. Ut autem est necessaria verborum explanatio, ita omnes computare, & velut annumerare literas molestum, & odiosum. Obseruandum etiam, quo loco sustinendus, & quasi suspendendus sermo sit, quod Græci ὑποδιασολῆν, v. ἢ ὑποτιμῆν vocant, & hoc arte, ut apparet, est parabile.

Ornatus est cultus vocis, & nitor, cui plurimum suffragatur à natura vox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, secans, erecta, auribus sedens, & cæteræ virtutes, quas ex Iulio Polluce commemorauimus. Accedit etiam totius organi pulchra compositio, ut lateris firmitas, ut spiritus eum spatio pertinax, & labori non faciliè cessurus.

Habilitas est in constanti quadam æqualitate, pro argumentorum diuersa ratione, iucunda pronuntiationis varietas. Ut enim optimus stylus licet sit perpetuò æqualis, & sibi constans, tamen pro materia subiecta nunc grauis, nunc floridus, nunc leniter demissus apparet: sic laudata vox semper eadè, & à sua bonitate non discedens, multas pro rerum conditione admittit varietates, è quibus omnis ei decor efflorescit. Dicitur non potest, quantum habeat gratiam ars illa variandi, quantum auditores exhilaret, & ipsum oratorem laboris vicissitudine reficiat. Contrà verò Monotonia, non modo dicentem enecat, sed ipsos exanimat auditores. Omnino ut standi, ambulandi, sedendi vices sunt, nihilque horum pari diu possimus. Ita in pronuntiatione amamus gratiam vocis in iusta æqualitate varietatem.

Erit igitur vox, ut præcepit Quintilianus, lætis in rebus plena, simplex, hilaris, fluens. In certamine erecta toris viribus, & velut omnibus neruis intenta, atrox in ira, & aspera, ac densa, & respiratione crebra, paulum in inuidia faciendâ lentior, quia non ferè ad hanc,

hanc, nisi inferiores confugiunt.

At in blandiendo, farendo, satisfaciendo, rogando, lenis & submissa. Saadentium, & monentium, & pollicentium, & consolantium grauis: In metu, & verecundia contracta: in adhortationibus fortis, disputationibus teretes, miseratione flexa, & flebilis, & consulto quasi obscurior, at in egressionibus fusa, & securae claritatis, in expositione, ac sermonibus recta, & inter acutum sonum, & grauem media. Attollitur autem concitatis affectibus, compositis descendit, pro vtriusque rei modo altius, vel inferius. Hoc profecto, qui praestare poterit, pronuntiationis assequetur perfectionem.

Vocis varietas in actione commendatur in Gratiano. Au' onius in actione grae. ad Gratianum Imperat.

Et hanc ipsam virtutem Ausonius commendat in Gratiano. Quis tenor vocis cum remissa, quae temperatio cum vtraque dispensas. Quis Oratorum laeta iucundius, facunda cultius, pugnancia densius, aut densata glomeratius dixit? aut quod est cuique liberum cogitavit.

Cicero 3. de Orat. 216. pronuntiationem in plura genera diuidit, lenae, asperum: contractum, diffusum: continentem spiritum, intermissum, fractum, scissum: flexo sono, recto: attenuatum, inflatum. Hi sunt (inquit) actori, ut pictori expositi ad variandū colores.

Iracundiae amant acutum, incitatum, crebro incidens.

Miserationes, flexibile, plenum, interruptum, flebile.

Metus, demissum, haesitans, & abiectum.

Vis, contentum vehemens, imminens quadam incitatione grauitatis.

Voluptas, effusum, lenae, tenerum, hilaratum, acremissum.

Molestiae, graue, ac vno pressu obtutum.

De gestu, & ritibus antiquorum in numerando, & loquendo per gestus.

Et de hoc curiosa Astabasdæ observationes.

CAPVT VIII.

Restat altera pars actionis gestus, cuius loquax est quodammodo silentium, siquidem Cassiodorus in varijs; Orchestra-rum loquacissimas manus, linguosos digitos, silentium elamosum nominat, & eius expositionis tacitae meminit, quam Musa Polyhymnia reperisse narratur. His corporis, maxime vero digitorum signis in numerando plurimum usus fuisse, veteres testatur Nicolaus Smyrnaeus Astabasdæ, qui libellum à doctiss. Morello editum de ea re conscripsit. Non erit hic à re alienum quaedam capita subijcere, ut inde varios vermiculatorum digitorum flexus, ut loquitur Martianus, nec non nimis fortasse putidam in eo antiquorum inuentorum subtilitatem lector agnoscat.

Gestus loquax silentium.

Manus loquaces.

Di. is. In-

guosi.

Nicolaus Smyrnaeus

Ast. bas. dæ.

RATIO ANTIQVORVM PVTIDIVSCVLA NVMERANDI, & loquendi per gestus.

EN ἡ τῶν χειρῶν κατέχεις τοὺς ἀριθμοὺς οὕτως. καὶ ἐν τῇ εὐκλείδει ἀεὶ ὀφείλεις τὰς μονάδας, καὶ δεκάδας κρατεῖν. ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ τὰς ἑκατοντάδας, καὶ χελιωντάδας, τοὺς δὲ ἐπέκεινα τῶν ἀριθμῶν χαράττειν ἐν τῇ. οὐ γὰρ ἔχεις οὕτως κατέχεις ἐν τῶν χειρῶν.

Συσελλομένῃ τῷ πρώτῃ ἐν μικρῷ δακτύλῳ τῷ μύρτα καλεμένῃ, ἢ ἡ τετάρτη ἀκτεταμένῃ, καὶ ἰσαμένῃ ὀρθίως, κατέχεις

IN manibus ita numeros continebis: & in manu quidem laeva vnitates & decades tenere debes; in dextra vero centenarios, & millenarios. Numeros autem, qui hos excedunt, notare alicubi oportet. Nam integrum tibi non erit illos manibus continere.

Minimo seu auriculari digito contracto: quatuor vero reliquis extensis, & erectis, in sinistra quidem manu vnitatem solam contines.

Kkk

cines

ἐν μὲν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ μονάδα μία μ. ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ, χιλιοτάδα μία μ.

Καὶ πάλιν συσπλομένους, καὶ τὸ τε, καὶ τὸ μετ' αὐτὸν δευτέρου δακτύλου τὸ παραμέσθ, καὶ ἐπιβάτης καλυμένθ. τὸ δὲ λοιπῶν κειῶν, ὡς ἐφ' ἡμῶν, ἠπλωμένων, κρατεῖς ἐν μὲν τῇ εὐωνύμῳ, δύο, ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ, δισχιλία.

Τὸ δὲ ἄνδρ' ἴσους συσπλομένους, ἦτοι τὸ σφαχέλιθ καὶ μέσθ, καὶ μέσθ, καὶ τῶν ἐτέρων δύο. τὸ δὲ λοιπῶν δύο ἐκτεταμένων, ἔλχανθ λέγω, καὶ τὸ ἀνὴρ κειῶν. εἰσὶν ἄπερ κρατεῖς, ἐν μὲν τῇ λαῖᾳ, Γ. ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ, τεσχιλία.

Πάλιν συσπλομένων τὸ δύο, τὸ μέσθ, καὶ ἔπειτα παραμέσθ, ἦ γὰρ δευτέρου καὶ τρίτου, καὶ τὸ ἄλλων ὄντων ἐξηπλωμένων ἔπι χείρας λέγω, καὶ ἔλχανθ, καὶ ἔμωπθ, εἰσὶν ἄπερ κρατεῖς, ἐν μὲν τῇ λαῖᾳ, δ. ἐν δὲ τῇ ἐτέρᾳ, τεσσακισχιλία.

Πάλιν ἔπι τρίτου καὶ μέσθ συσπλομένους, καὶ τὸ λοιπῶν τεσσάρων ἐκτεταμένων, δηλοῦσιν ἄπερ κρατεῖς ἐν τῇ λαῖᾳ, ε. ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ, πεντακισχιλία.

Τὸ ἐπιβάτης πάλιν ἔπειτα δευτέρου συσπλομένους, καὶ τὸ λοιπῶν ἠπλωμένων, κρατεῖς, ἐν μὲν τῇ εὐωνύμῳ, ε. ἐν δὲ τῇ ἐτέρᾳ, ἑξακισχιλία.

Τὸ μωπθ πάλιν τὸ καὶ πρῶτου ἐκτεταμένους, καὶ τῇ παλάμῃ προσφύοντθ, τῶν δὲ λοιπῶν ἴσων ὀρθίω, εἰσὶν ἄπερ χεῖρες ζ. ἐν δὲ τῇ ἄλλῃ, ἑπτακισχιλία.

Τὸ δευτέρου πάλιν ἔπειτα παραμέσθ ὁμοίως ἐκτεταμένους καὶ κλίνοντθ ἄχρις οὗ τῇ κυάτω τελείως προσεγγίση, καὶ τοῦ πρώτου. ἦ δὲ λοιπῶν κειῶν, τὸ τρίτου, καὶ ἔπειτα τετάρτου, καὶ πέμπτου, ὡς προείρηται, ἴσων ὀρθίω, τὸ γενόμενον σχῆμα, ἐν μὲν τῇ λαῖᾳ, δ. ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ, ὀκτοκισχιλία.

Οὕτως οὖν καὶ τὸ τρίτου ὁμοίως γινόμενους, καὶ μέσθ καὶ τὸ ἄλλων δύο, τοῦ πρώτου, καὶ τὸ δευτέρου, κατὰ τὸ αὐτὸ σχῆμα, ἐν μὲν τῇ ἀριστερᾷ, ἑπτακισχιλία, ἐν δὲ τῇ ἄλλῃ, ἑνεακισχιλία.

tines, in dextra verò millenarium unum.

I. M.

Rursus contracto minimo, & medico, reliquis tribus, vt dicimus explicatis : in laua duo, in dextra millia duo tenes.

II. M M.

Tertio autem, qui medius, & infamis dicitur compresso, iacentibus alijs duobus, ac reliquis extensis, indice nimirum, & pollice, quæ contines, in sinistra quidem tria sunt, in dextra verò tria millia.

III. M M M.

Porro duobus medijs incuruatis, nempe medio, & medico : & reliquis extensis, nempe pollice, indice, & auriculari, ex primis in sinistra quidem quatuor : in dextra quatuor millia.

IV. M M M M.

Rursus tertio, medijs contracto, & quatuor cæteris expansis, denotas quinque laua, ac dextra quinque millia.

V. V M.

Præterea incuruatis infami, & annulari, & reliquis exprorectis, in sinistra tenchis senarium : in altera sex millia.

VI. V M M.

Item minimo, auriculariue extenso, & palmae radici, seu brachiali appposito, reliquis eleuatis, designas septem, laua, altera septem millia.

VII. V I I M.

Rursus annulari, medicosue pariter exprorecto, & inflexo, donec extremam vltimam apte contingat, adiacente etiam minimo : reliquis tribus medio, indice, & pollice sublatis : gestus, qui fit in sinistro, exprimit octo, in dextra octo millia. 8. 8000.

Sic igitur tertio digito, siue medio pariter constituto, atque alijs duobus ita positus, primo, auriculari videlicet, & secundo, siue medico, eadem conformatione, in laua declarant nouem, in dextra nouem millia.

9. 9000.

Πάλιν τοῦ ἀντίχειρος ἠπλωμένως, οὐχὶ
δ' ὑπεραρομένου. ἀλλὰ πλαγίως πῶς, καὶ
τοῦ λιχανῶ ὑποκλινομένου μέχρις ἀν τῶ τοῦ
ἀντίχειρος προτέρου ἀρθροσυνμπέση, ἕως ἀν
γνητασιγματοσχήμα. τῷ λοιπῶν περι-
ῶν φυσικῶς ἠπλωμένω, καὶ μὴ χωρισμένω
ἀπ' ἀλλήλων, ἀλλὰ συνημμένω, τοιοῦτον
ἐν τῇ δεξιᾷ. ρ.

Πάλιν τοῦ τετάρτου ἔλιχανοῦ χαλαρῶ
τοσχημωμένως ἐπ' εὐθείας ὀρθίως, ὡς περ ἴση
χαμμη. τῷ λοιπῶν περιῶν συνημμένω,
καὶ πρὸς τὴν παλάμην ὡς ἐνοσχηματη γω-
νίας. ὑποκλινομένην μικρόν. τοῦ ἄντιχει-
ρος ὑπεράνω τῶτων κειμένη, καὶ σφνεγγί-
ζοντι τῷ λιχανῶ, καὶ τοιοῦτον δηλοῖ. καὶ ἐν
τῇ δεξιᾷ διακόσια. σ.

Τοῦ λιχανοῦ πάλιν, καὶ τῷ ἀντίχειρος
ἐκτεταμένως ὑποκλινομένω, καὶ κατὰ τὸ ἀ-
κρον αὐτῆς ἐγγίζοντων, τῷ λοιπῶν περιῶν
ἐκτεταμένω, καὶ συνημμένω ὄντων, ὡς ἀγον-
ται πρὸς τὸ φύσιον. λ'. τοιοῦτον δηλοῖ, καὶ
ἐν τῇ ἑτέρᾳ περιακόσια.

Πάλιν τῶν τεσσάρων ἐπ' εὐθείας ἐκτετα-
μένω, καὶ τοῦ ἀντίχειρος ὑπερ τὸν λιχα-
νόν, ὡς περ Γάμμα κειμένου, καὶ πρὸς τὸ ἐξ-
οθεν ἀποβλέποντι μέρι, ἐν τῇ λαῖᾳ δη-
λοῖ τετάρηκοντα, καὶ ἐν τῇ δεξιᾷ τετρακό-
σια.

Πάλιν ὡσαύτως ἡ τεσσάρων ἠπλωμένων,
ἔδ' ἀντίχειρος ὡς περ Γάμμα ἐπ' ἔσωδεμ
μέρις κειμένη, ἐπὶ τῷ σῆθει ἔλιχανῶ, πεντή-
κοντα δηλοῖ, καὶ ἐν τῇ ἑτέρᾳ πεντακόσια.

Τῶτων ἵσῶτως ἐχόντων, καὶ ἔλιχανῶ κυ-
κλικῶς τῷ ἀντίχειρι ἐπιφερομένω, ἀχρὶς ἀμ-
προσφαῖς τῷ μέσῳ κονδύλῳ τῷ πρώτῳ, καὶ
δευτέρῳ ἀρθρου. τὸ δ' ἀκρον τῶ αὐτῶ λιχανοῦ
τῷ σῆθει συμπέση τῷ ἀντίχειρος, ὅσηκοντα
δηλοῖ, καὶ ἐν τῇ δεξιᾷ ἑξακόσια.

Πάλιν ὁμοίως τῶ περιῶν ἠπλωμένω, ὡς
καὶ πολλάκις εἰρήχων, συνημμένως, κει-
μένου καὶ τοῦ ἀντίχειρος τῷ λιχανῶ, καὶ χα-
τὰ τὸ ἀκρον τῶ ἀντίχειρος ἑλλοσιδῶς ἐ-
πιφερομένω ἔλιχανῶ, ἑξοδηκοντα δηλοῖ, καὶ
ἑπτακόσια.

Præterea pollice expanso, non tamen ele-
uato, sed oblique vtiq; & indice inflexo, quo
vsque in priorem articulum pollicis concu-
rerit, ita vt coalescat sigmatis figura, reliquis
autem tribus naturaliter expositis, & non
separatis à se inuicem, sed connexis, talis ge-
stus in sinistra denotat decem: in dextra cen-
tum.

X.C.

Ad hæc quarto, qui index dicitur explica-
to, recta tanquam æquali linea: reliquis tribus
connexis, & ad palmam quasi figura anguli
paulum inclinatis, pollice autem super his
iacente, & ad indicem simul admoto: in sini-
stra talis gestus viginti designat: at in dextra
ducenta.

XX.CC.

Rursus indice, & pollice in porrectum
subinclinatis, & in apice summo sibi met app-
pinquntibus, cæteris tribus extensis, & con-
nexus prout à natura ducuntur: talis flexus
triginta declarat in laeva, & trecenta in al-
tera.

XXX.CCC.

Item quatuor recta extensis, & pollice su-
perinducto indici, instar literæ r. gamma, &
ad partem superiorem exteriorem spectante,
in sinistra notat quadraginta, & in dextra
quadringenta.

XL.CCCC.

Porro eodem modo quatuor explicatis re-
cta, & copulatis: pollice verò instar r. gam-
ma in interiorem partem flexo, ad pectus, siue
artum indicis: quinquaginta denotat in laeva,
& in altera quingenta.

L.D.

Hæc cum ita se habeant, & in indice pol-
lici circumflexo, ita vt index contingat me-
dia iunctura, primum, & secundum articu-
lum, & frons eiusdem indicis montem polli-
cis præcingat, sexaginta declarat in sinistra, &
sexcenta declarat in dextra.

LX.IOCC.

Item tribus similiter extensis, & vt sæpe
diximus connexis: pollice etiam super indi-
cem immisso, & ad summitatem vnguis in
gyrum cocunt, cum indice signat septuaginta
in laeva, & septingenta in altera.

LXX.IOCC.

Kkk 2

Rursus

Πάλιν τ̄ τριῶν συνημιμένως ἰσαμένων ὡς ἐν σχήματι γινώσκου, καὶ πρὸς τὴν παλάμην δὴ βεν βλεπόντων, τ̄ ἢ ἀντίχειρ̄ ἐπ' αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ τ̄ τριῶν δακτύλων, ὡς κωνδύλῳ ὡς πρὸς τὴν ῥίζην δντι ἢ αὐτῷ δακτύλῳ κειμένῳ, καὶ πρὸς τὴν παλάμην ἢ μαστίχῃ, καὶ ἢ λιχάνῳ ἐπ' αὐτῷ ἢ ἀντίχειρ̄ κειμένῳ ἐπ' ὃ πρῶτον ἀριθμῶ αὐτῷ, ἀχρις οὗ ὃ τὸ τῶ ἀκρῶ ἐπὶ τῷ σήματι συμπαύσῃ ἢ ἀντίχειρ̄ ἢ ἡ δοῦκοντα τὸ πρῶτον ἢ ἡλοι, καὶ ὀκτακόσια. ὡ.

Αὐτὸς τὴν χεῖρα παλαῦσθ' δίκην σοφείας, ὅρδης δντ̄ ἢ ἀντίχειρ̄, καὶ τοῦ τ̄ τριῶν ἐκτείνεας δακτύλους, τ̄ ἢ λιχάνῳ ἀρείς, ὡς ἀπὸ τ̄ συσπλῆσθ' γρόνθ' ἐ, ἐνετο, τὸ τοῖστον σχήμα, ἐν ἢ τῷ εὐνομούμῳ χειρὶ, ὅλοι ἐνενηκόντα, ἐν ἢ τῷ ὀκτῶ ὀκτακόσια.

Rursus tribus iunctis, erectisque, ut ad figuram anguli, & ad palmam prospicientibus, pollice autem supra medium, & tertium digitum innitente, & incumbente curvatura, quæ ad radicem ipsius est, & ad palmam adaperta, atque indice super illi circumflexo ad primum articulum, donec summitate concidat in montem pollicis: talis gestus in dextra effingit octoginta, & octingenta in læva.

Denique manu palmi instar contracta, erecto. Pollice, ac digitis tribus extensis, dimisso indice, ut à contractione flexus affloret: eiusmodi gestus in sinistra nonaginta indicat, in dextra nonaginta, χϛ. iocccc.

NEquè verò tantum numerasse, sed, & per determinatos quosdam gestus collocatos, fuisse narrat Isidorus l. i. c. 2.

Sunt quædam & digitorum notæ, sunt & oculorum, quibus secum taciti, proculque adstantes colloquuntur: sic mos est militaris, quoties consentiat exercitus, quia voce non potest, manu promittat. Alij quia voce non possunt, gladiatorum motu salutent. Vnde etiam Ennius, de quadam impudica, quasi in choro pila ludens datatim dat se, & communitatem facit. Alij tenet, alij adiicit, alibi manus est occupata, alij dat annulum spectandum, & à labris alium invocat, eum alio cantat, artamen alijs dat digito literas, & Salomon annuit oculo, terit pede, digito loquitur. Testatur id quoque saltatio Chironomia, qua motus manuum ad numerum conpositus, affectus animi prodebat. Et ut aliquid ex sacris recensemus, extat libellus Ariæ Montani, qui Hierenias inscribitur de gestu, & actione, è quo varias gestuum significationes colligas, quas ipse ex sacro instrumento confirmat: Ego (quod huius magis proprium est instituti) Oratorum, Poetarumque aliquot testimoniiis demonstra-

bo.

VARIÆ GESTVVM NATVRALIVM SIGNIFICATIONES, EX SACRIS, & PROFANIS.

CAPVT IX.

OMnis motus animi (quod præclare à Marco Tullio dictum est) suum quædam à natura habet vultum, & sonum, & gestum, totumque corpus hominis, & eius omnis vultus, omnesque voces, ut nerui in fidibus, ita sonant, ut à motu animi quoque sunt pulsæ. Itaque non erit superuacaneum hæc de motu naturali præmittere.

Capitis demissio mœstiam, & luctum cõsequitur, estque is habitus solemnis, iis qui diuinæ iræ deprecandæ causa ad squallorem se abiciunt, quanquam id nonnunquam vitio hominum, simulatione magis, & imitatione veritatis, quàm certo, & constanti animi proposito fiat. Sic D. Remigius Clodouæum Regem Francorum, ad Christianam demissionem hortatus dixit.

Mittis deponere colla sicamber.

Caput attollere, superbientium, & arrogantium gestus est, ἀνυψίωσις ἀντιπρὸς ἀντιπρὸς apud Nonnum (ιονυψίωσις 19. *Cervicem ferocem erigere*, id est, superbire.

Caput

Capitis demissio quod significat, etc.

*διὰ τὴν τὴν
μεγάλην μά-
χην*
Caput altum, & erectum victores ferunt, estque lætitiæ, ovationis, & victoriæ signum, & is gestus Matri Machabæorum parca iam victoria tribuitur à D. Gregorio Nazianzeno.

Capitis nutus apud Homerum Iliad. i. est ratæ promissionis signum.

ΑΜ' ἄγε τῆ κεφαλῆ καταπέσομαι.

FRONS.

Frons dura, ad obstinationis, & contumaciæ, perfidiæ, impudentiæque notas refertur. Unde, & frons perisse dicitur ijs, qui summa impudentia sunt armati; *Clamat Melicerta perisse Frontem de rebus.* Perseus.

OCVLI.

Plin. lib. 11. 6. 37. Oculi, per quos maximè animus emanat, sunt enim, ut ait Damascius in vita Iliodori. ἀγάλματα ψυχῆς ἀρετῆς. accurata quadam animi simulachra. Et, ut ait Plinius. Ardent, intenduntur, humectant, conuident, hos cum osculamur, animum ipsùm videmur attingere.

Oculi in sublime elati, arrogantia, atque superbia iudicium faciunt: sicut demissi, humilitatis. Gregorius Nazianz. in odis.

Κατὰ βάε των τα π. νον.

Oculos attollunt orantes, & petentes aliquid à Deo.

Ad caelum tendens ardentia lumina frustra. 2. Aeneid.

Oculi auersi, negantis, aut fastidientis, vel dissimulantis, aut negligentiis gestum ostendunt. Sic Didonis umbra Aeneam respiciens apud Virgilium.

Ille solo fixos oculos auersa tenebat.

Plaut. in Asinaria. Oculi nictantes malitiosos mores arguunt, cogitationesque indicant peruersas, & noxias. Unde Comicus, *Nec illa ulli homini nictet, nictet, annu.* Et infaustas opinor καταμύσους φαίνων nictationes, simulachrorum notat Plutarch. in Camillo.

Oculi lachrymis deficientes, vehementissimum, & durissimum dolorem indicant, qui leuari, vel flendo nequeat.

Tristior, & lachrymis oculos suffusa nitentes. Aeneid. 1.

Oculos attollere in rem aliquam, est ei attendere, cupideque animum aduertere.

Obutu quo haret desixus in vno. Aeneid. 1.

Oculi clausi meditantem, & cogitantem animum produnt, idque non raro in malam partem interpretamur. Ut prouerb. 16. Qui at-

tonitis oculis cogitat praua. Hebraice נָצַב id est, *claudens.*

Oculos aperire, vigilantium, & attendentium. Cicero pro Milone. *liquando ad eum puniendum oculos aperuisti.*

NARES.

In naribus magna, vel iræ, vel lenitatis *Narium* significatio est in sacris literis. Nares enim vento, vel fumo incensa, iram grauissimam, *Aiones.* & præsentis ultionis audam significant. Iob. *Ascendit fumus de naribus eius, & ignis ex ore eius vorabit, carbones succensi sunt ab eo. Et gloria narium eius terror.* Contra verò summæ lenitatis indicium est narium latitudo, & facilitas respirationis.

Atque lenitas, & patientia Dei hac imagine indicatur, qui perpetuo à Prophetis *וְעַן נָרַם* id est, lais naribus est appellatus, pro quo interpretes noster, longanimis, vertit. Iob. 39. 23.

Applicabant ramum ad nares, certa vana cultus ceremonia ad ortum Solis adorantes, quasi odoris suauitatem Soli tribuentes, & accipientes. Ezech. 8. 17.

O S.

Manus super os imposita eorum habitum *Oris affe-* describit, qui veritate redarguti, aut potestate *Aiones &* te, auctoritateque conuicti obmutescunt, pu- *significata.* defactique tacent. Mich. 7. 36. apud Ethnicos, adorantium gestus est, ut patet ex Apuleio Metam. l. 4.

Et ad mouentes oribus suis dexteram primore digito in erectum pollicem residente, ut ipsam profus Deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur.

LABIA.

Labia contrahere, oculis innuere, ad irrisorum, & duplicum, aut maleuolorum gestum indicandum pertinet. Item etiam labia scindere, aut retorquere significat. Prouerb. 16. 30.

LINGVA.

Linguam qui mordet propriam, doloris, & laboris imparientiam prodit. Apocal. 16.

DENTES.

Dentibus frendere, hoc est, dentes diductis labijs ostendere, irridendum, & insultantium est habitus.

Indignabundietiam hominis gestus est aduersum alterum grauius affecti, dentibus stridere. Aeneid. 3.

Dentibus infrendens gemitu. Et Apollinaris; *Ὅτι λέων ὁλοὸς βρυχόμενος ἀπαγιθυμῶ.*

Kkk 3 FA-

FACIES TOTA.

Faciem in rem aliquam conuertere, intentionem, studium, attentionem, operamque præstantis gestus est. Aeneid. 2.

Contra verò faciem auertere, vel abscondere, negligentis, reuuentis, auersantis, atque derelictantis habitus est.

Illam solo fixos oculos auersa tenebat,

Nec magis incepto vultum sermone mou-

itur,

Quam si dura silex, aut ster Marpesia cau-

res.

Faciem demittere, eorum est, quos conscientia accusat. Aeneid. 3.

Deseit vultum, et demissa voce locuta est.

Contra verò, faciem tollere, eorum est, quos bona conscientia, & spes, fidesque erigunt, charitas quoque animat.

Faciem etiam in terram demittere, adorantis, & tremantis diuinam maiestatem habitus est. Nonnus in Ioannem.

Μάρτυρον ἰκασίης κυρτὸ μῦθον ἀρχένα
κάμπηρι.

Est etiam facies superbiæ, atque arrogantia: index. Cic. 4. Verr. Nostis os hominis, nostis audaciam.

VULTVS.

Varia etiam, & multiplici forma vultus mutatur, quod & latinum ipsum indicat nomen. Estque variarum animi affectionum index plerumque certissimus.

Pallidus mæsticiam, timorem, & dolorem prodit.

Obscurus, & niger, miseriæ, & laboris, vehementisque animi turbationis index est.

Ad summum, ut ait Quintilianus, dominatur maximè vultus. Hoc supplices, hoc minaces, hoc blandi, hoc tristes, hoc hilares, hoc erecti, hoc submissi sumus, hoc pendent homines, hunc intuentur, hunc spectant etiam, antequam dicamus, hoc quosdam amamus, hoc odimus, hoc plurima intelligimus.

BRACHIA.

Brachium extensum, vel eleuatum, potentiam, & facultatem, ad rem gerendam, conficiendamque significat: estque authoritatis, roboris, victoria: habitus. Contra cohibere brachium est pudoris. Cicero pro Caëlio.

Nobis olim annus erat, vnus ad cohibendum brachium roga constitutus, ut exercitatione, ludoque campæstri tunicati uterentur.

Brachium sigillatum, memoriam indelebilem indicat in sacris. Cantic. 8. *Pone me, ut signaculum super brachium tuum.*

CVBITVS.

In cubitum recumbere, est immorantium, & familiariter, secureque agentium. Eccles. 9. *Nec accumbas cum ea super cubitum.*

MANVS.

Membrorum omnium torius humani corporis, manus ut habilissima, & in omnem partem motu facillima; ita etiam, & multiplicis habitus artifex, & variæ significationis est index.

Vt sunt autem binæ manus, dextera, & sinistra, interdum altera, interdum etiam utraque, & motum, & habitum efficit, quorum præcipuas formas indicabimus.

Manus altera sublata, & erecta, vel extenta, vim, & robur, potentiamque indicat. Exo. 15.

Manus etiam altera, videlicet dextera, eleuatur ad iuramentum.

Manus extenta, pacificatoris, & silentium indicentis habitus est. Perf. satyr. 4.

Fert animus calida fecisse silentia turba

Maiestate manus.

Manus ori admota, habitus est tacentis, & modestè agentis, admirantis etiam, secumque reputantis.

Tali gestu exhibebatur Harpocratis simulachrum, apud Aegyptios; Tales quoque sunt, quorum *χρυσεία κλήϊς ἐπὶ γλῶσσῳ ἐβήκεν*, ut ait Sophocles.

Est etiam obseruantia: erga alium habitus, & cultus signum. Iob. 31. 27.

Et oculatus sum manum meam ore meo.

Manum extendere ad indicandam, & probandam, confirmandamque sententiam, aut personam. Inde *χρησιστῶν* apud Græcos, idem est, ac sciscere, & decernere.

Manum dare, habitus est, fœdus & societatem firmantis cum alio, aut sese in alterius potestatem deditis. Cic. epist. 1. 7.

Totum hominem tibi trado de manu (ut aiunt) in manum tuam istam, & victoria, & fide præstantem.

Manum alterius apprehendere, admonentis, hortantis, & robur addentis est. Sic Græci *χρησιστῶν* vsurpant.

Manus porrectio, & auxilium, opemque significat. Synecius.

Σὺ ὁ χεῖρα δίδου, σὺ κάλει, σὺ μείζων ἔλας ἀναγεῖκεν Ἰουχάν.

Manus in altum sublata, orantis, & miseriam suam profitentis habitus est, Virgil. 4. AEncid.

Dicitur ante aras, media inter numina diuina.

Multa iouem manibus supplex orasse supinis.

Manus implere, in sacris est, initiari ad munera, & sacrificia offerenda, vt Paral. 1. 29. Impleat manum suam hodie.

Manus la-
nare.

Manus sibi lauare, innocentiam, & puritatem, atque alienationem a malo, vel opere, vel consilio profitentis habitus est, & hoc ex Iudæorum more, vt patet ex Psalm. 72. 13. Laui inter innocentes manus meas.

Manus tolluntur etiam ad publicam gratulationem Deo præstandam, atque ad laudem. AEncid. 2.

Susulit exutas vinclis ad sidera p̄ manus.

Manus in sinu tenere, otiosi, negligentisque habitus est, vt psal. 72. Hoc prou. u. vocatur, מְרִירָה.

Manibus plaudere, irridendum, insultantium, explodentiumque est, apud Hebræos; aliter hoc signum Græci, Latiniq; interpretantur, quibus plausus gratulationis iudiciū est.

Manum sub femore Abrahæ posuit famulus, antiquo, & arcano iurisiurandi ritu, solis opinor Hebræis noto, idque, vt patres interpretantur, quod ex Abrahæ femore egresurus esset Messias, Genes. 24.

Manum
imponere.

Manus impositæ alijs potestatem superiorem significant communicatam ei, cui manus imponuntur, & officij, muneris, ac vicis traditionem, atque autoritatis etiam, dignitatifque concessionem, & hoc quidem in sacris: apud profanos verò auctores, manum iniicere, est sibi vendicare. Virgil. 10. AEn.

Iniicere manum Parce, telisq; sacrarunt, Euandri.

Victimis mactandis manus ij, qui sacrificabant, imponere solebant: eo habitu suorum ipsorum reatum professi, & debiti exsolutionem atque vices victimis ipsis expiationis causa tradentes, magna arcani mysterij de Christo significatione. Hoc ex more Hebr. Leuitic. 4.

Præterea, in benedictione, atque felici imprecatione manus imponebantur.

Manuum plausus, approbationis, & laudis etiam significationem habet. Isaia 55. 13.

Manus super caput, significant colorem, & moerorem, animiq; impatientiam. Sic apud Latinos frontem ferite iracundiæ, & argoris signum. Ingemuisse, vt frontem ferias. Cic. ad Att. l. 1.

Manuum propriatum commissio, & complicatio, aut complexus brachiorum, ad pigrorum, desidum, & stultorum notas indicandas, afferitur sæpe in sacris.

Palmam alterius tangere, habitus est, fidē mutuan sibi dantium, societate, aut alio pacto conuenientium. Vnde apud Xenoph. βασιλῆος πειρασὸν εἶσθαι, id est, publicam fidem.

Denique de manuum usu hæc præcipit Quintilianus.

Manus verò, sine quibus trunca esset actio, ac debilis, vix dici potest, quot motus habeant, cum penē ipsam verborum copiam prosequantur. Nam cæteræ partes loquentem adiuuant, hæc (prop̄ est, vt dicam) loquuntur: an non his poscimus? pollicemur? vocamus? dimittimus? minamur? supplicamus? abominamur? timeamus? interrogamus? negamus? gaudium, tristitiam, dubitationem, confessionem, penitentiam, modum, copiam, numerum, tempus ostendimus? num eadem concitant? inhihent? supplicant? probant? admirantur? verecundantur? num in demonstrandis locis, atque personis, aduertiōrum, atq; pronominum obtinent vicem? vt in tanta per omnes gentes, nationesq; linguæ diuersitate, hoc mihi omnium hominum communis sermo videatur.

Manuum
in actione
dignitas.
Quint. l. 1.

DIGITVS.

Digitus ori ad motus silentium, taciturnitatemque significat. Iuuenalis:

— digito compeste labellum.

Digito loqui, arrogantium est, & imperiosum. Tibullus:

Et voces ad digitum, me tacitura sonum.

DEXTRA.

Dextram dare, eorum est, qui amicitiam, societatemque simul ineunt, & munus commune proficiuntur ἐξ ἑαυτῶν etiam dicitur, φιλοφρόνας εἶεν.

PEDES.

Pede percutiunt irrisores, & insultantes alienis calamitatibus, in sacris: Et Ezech. 25. Significat etiā apud Plutarchū hic gestus imperio.

periosum: Οπου ἡ Ἰταλίας ἐγὼ κρούσω τὸ ποδὶ τῆρ γῆν ἀναδύστοντα περικύκω, καὶ ἰππι- καὶ δυνάμεις, inquit Pompeius.

Pes constans, vel rectus, certum, constans, & rectum studium, propositumque indicat.

Contrā verò, pedes moti, inconstantis, & titubantis habitus cum sint, sententiæ mutationem, aut dubitationem, metumve arguunt in arcana significatione. Vagi etiam pedes, apud Græcos præcipuè, in mulieribus flagitium, significant: vnde Theognis nominat γυναικα πειρίσθου, adulteram.

De gestu oratorio.

CAPVT X.

Legendus
Cic. 3 de
orat. 218.

Indecorum
nimia gesti-
vulationis.

ET ista quidem signa sunt naturalia, in quæ nullis artium instructus adiuuentis, impetus prorumpere solet. Non licet tamen oratori, vbiq; gestus, quamuis ipsi rerum explicatissimi sint, adhibere. Nam, quæ infantia eorum est, qui nihil sine motu corporis dici volunt. Itaque, si de agrotto loquatur, pertentant venas, medicorum more, si de citharædo, manus in modum percussentis necuos formant, si de tibicine, admotis ad os vermiculantibus digitis, parum abest, quin sibilum reddant. Hæc ne in scæna quidem Comitorum sunt toleranda. Abscisse enim debet plurimum (vt ait Quintilianus) à saltatore orator, vt sit gestus ad sensus magis, quam ad verba accommodatus. Non enim, aut in illa periodo. *Stetit soleatus Prætor populi Romanus*, inclinatio incumbētis in sinum mulierculæ. Vertis effingenda est, aut in illa: *Cedebatur in medio foro Messana* motus laterum qualis esse ad verbera solet torquendus, ne vox quidem in expositionibus, qualis esse solet, aut eiulantium, aut furentium eruenda, hæc enim nimis affectatam sapiunt imitationem, & oratoris aduersantur grauitati.

Longè igitur errant in hac parte nimis æstuosi, qui modo præliantur, modo poscunt pocula, modò micant argutijs digitorum, modò cubitos vtrinq; in diuersum latus ventitant, iaculantur, secant sunt, terunt, omnium artium modos, figuras, & status expriment. Atque illi imperitæ fortasse plebi vi-

dentur bellè admodum agere, prudentibus autem, & sedatis furere, & insanire iudicantur. Fugienda ceruix elata ἐξυψηλοτέρου καὶ μετώρου. Caput incuruum rigens, obstitum laxum effluens κορυδαυτίζον, crescentes humeri, vultus alper, ἀδάδου, impudens, mollis, frons caperata, tristis, deiecta, oculi defixi, immobiles, ἀράτοποισμίνοι assidue nistantes, nimis versatiles, Saturnij, truculenti, torui. Canini, emissitij, supercilia elata, os peruersum, nares vncæ & corrugatæ, status humilis, indecens corporis solum, manus in compositæ, pedes ἀσαθόντι.

Gestus oratorum talis esse debet, vt emineat etiam in affectibus, grauis quidem decoret, de quo ita præcipiunt Alcuinus, & Quintilianus.

Vt recta sit facies, ne labra detorqueantur, adstringantur, mordeantur, ne corrugentur nares, ne immodicus hiatus distendat rictum, ne supinus vultus, ne deiecti in terram oculi, ne inclinata ceruix, ne elata, aut depressa sint supercilia, oculi rigidi, & extenti, & languidi, aut torpentes, aut stupentes, aut lasciuui, & mobiles, aut natanes, & quadam voluptate suffusi, aut limi, aut poscentes aliquid pollicentæque nunquam esse debent, pectus, ac ventrem proijcere indecorum est, & varicare supra modum, & stando deforme est, & accedente motu, propè obicænum.

Reprehendenda illa fixa quæ in vtramque partem nutatio, quam in Curione patre inuisi, & Iunius quærens, quis in lintre loqueretur.

Hæc obiter Quintilianus, de manu verò, in qua plus est operæ, plura subiicit, quæ scrupulosius obseruari nolim, cum præsertim simplex, & minime affectata manus compositio, nunc magis arrideat, non pigebit tamen legere.

Est autem gestus ille maximè communis, quo medius digitus in pollicem contrahitur, explicitis tribus, & principijs vtilis cum deni in vtramque partem motu modice prolatus simul capite, atque humeris sensim ad id, quò manus feratur obscurantibus, & in narrando certus, sed tum paulo productior, & in exprobraudo, & in congruendo acer, atque instans. Longius enim partibus his, & liberius exercitur. Vitiosè verò idem sinistrum quasi humerum petens in latus agi solet, quàmquam adhuc peius aliqui transversum brachium

Alcimus
in sua Re-
torica.

Curiosa
Quintilianus
obseruatio-
nes in ma-
nibus.

chium proferunt, & cubito pronuntiant. Duo quoque medij sub pollicem veniunt, & est hic adhuc prior gestus instantior principio, & narrationi non accommodatus.

At cum tres contracti pollice premuntur, tum digitus ille, quo vsus optime Crassum Cicero dicit, explicari solet. Is in exprobrando, & indicando, vnde ei nomen est, valet, & alleuata, ac spectante humerum manu paulum inclinatus affirmat.

Versus in terram, & quasi pronus yrget, & si aliquando pro humero est. Idem summo articulo, vtrinque leuiter apprehenso, duobus modice curuatis, minus tamen minimo apertus ad disputandum est.

Acrius tamen argumentari videntur, qui medium articulum potius tenent, tanto contractioribus vltimis digitis, quanto priores descenderunt.

Est & ille verecundiae actioni aptissimus, quo quatuor primis leniter in summum coeuntibus digitis non procul ab ore, aut pectore fertur ad nos manus, & deinde prona, ac paululum prolata laxatur.

Hoc modo coepisse Demosthenem credo in illo pro Cresphonte timido, demissoque principio: sic formatam Cicero's manum, cui diceret: Si quid est in me ingenij, iudices, quod sentio, quam sit exiguum. Eadem aliquatenus liberius deorsum spectantibus digitis colligitur in os, & fuscus paulo in diuersa resoluatur, vt quodammodo sermonem in ipsum referre videatur.

Binos interim digitos distinguimus, sed non inserto pollice, paulum tamen inferioribus intra spectantibus, sed ne illis quidem tensis, qui supra sunt. Duo interim extremi palmam circa ima pollicis premunt, ipse prioribus ad medios articulos iungitur, interim quartus oblique reponitur, interim quatuor remissis magis, quam tensis pollice intus inclinato, habilem in latus demonstrando, aut distinguendo, quae dicimus, manum facimus, cum supina in sinistram latus, prona in alterum fertur.

Sunt & illi breues gestus, cum manus leuiter pandata, qualis vouentiunt est, paruis interuallis, & sub assentientibus humeris mouetur, maxime apta, parca, & quasi timide loquentibus.

Est admirationi conueniens ille gestus, quo manus modice supinata, ac per singulos a minimo collecta digitos redeunte flexu simul

explicatur, atque conuertitur. Nee vno modo interrogantes gestum componimus, plerumque tamen verentes manum, vicinque composita est, pollicis proximus digitus, mediumque, qua dexter est, vnguem pollicis summo suo iungens, remissis caeteris est, & approbantibus, & narrantibus, & distinguentibus decorus.

Cui non dissimilis, sed compressis tribus digitis, quo nunc Graeci plurimum vniuntur, etiam vtraque manu, quoties enthymemata sua gestu, velut cornu tundunt castra.

Manus lenior promittit, & assentatur, citatior hortatur, interim laudat. Est, & ille yrgens orationem gestus vulgaris, magis quam ex arte, qui contrahit altero, celerique motu, & explicat manum. Est, & illa caua, & rara, & supra humeri altitudinem elata, cum quodam motu, velut horatrix manus, a peregrinis scholis iam prope recepta. Tremula scenica est. Digitos cum summi coierunt, ad os referre, cur quibusdam displicuerit, nescio. Nam & illi leuiter admirantes, & interim subita indignatione, velut pauescentes, & deprecantes, facimus. Quin compressam etiam manum in signum poenitentiae, vel ita, pectori admoemus, vbi nox, vel inter dentes expressa non dedecet. Quid nunc agam? quid faciam? Aduerso pollice demonstrare aliquid receptum magis puto, quam oratori decorum. Sed cum omnis motus sex partes habeat, septimusque sit ille, qui in se redit oibis, vitiosa est vna circumuersio, reliqui ante nos, & dextera, laeuaque, & sursum, & deorsum aliquid ostendunt. In posteriora gestus non dirigitur, interim tamen velut reijci solet.

Optime autem manus a sinistra parte incipit, in dextra deponitur, sed vt deponere, non vt ferre videatur, quanquam, & in fine interim cadit, vt cito tamen redeat, & nunquam resilit, vel negantibus nobis, vel admirantibus. Hic veteres artifices illud recte adiecerunt, vt manus cum sensu, & inceperet, & deponeret. Alioqui enim aut ante vocem erit gestus, aut post vocem, quod est vtrinque deforme. In illo lapsi nimia subtilitate sunt, quod interuallum motus tria verba esse voluerunt, quod nec obseruatur, nec fieri potest, sed illi quasi mensuram tarditatis, celeritatisque aliquam esse voluerunt, nec immerito, ne aut diu otiosa esset manus, aut, quod multi faciunt, actionem continuo motu coniderent.

Alia est, quod, & fit frequentius, & magis fallit. Sunt quaedam laetis sermonis percussiones, & quasi aliqui pedes, ad quos plurimorum gestus cadit, ut sit vnus morus, *Novum crimen*: alter, *C. Caesar*: tertius, & *ante hunc diem*: quartus, *inauditum*, deinde, *propinquus mens*. Et: *Ad te Q. Tubero detulit*. Unde id quoque fuit vitium, ut iuvenes cum scribunt gestu praemodulati cogitationem se componant, quomodo casura manus sit. Inde & illud vitium, ut gestus, qui in fine dexter esse debet, in sinistram frequenter desinat. Melius illud, cum sint in sermone omnia breuia quaedam membra, ad quae si necesse sit, recipere spiritum liceat, ad haec gestum disponere, ut pura: *Novum crimen C. Caesar*, habet per se finem quandam suum, quia sequitur conjunctio. Deinde: *Es ante hunc diem inauditum*, satis circumscripum est. Ad haec commodanda manus, idque dum irumpit, erit prima, & composita actio. At ubi iam calor eam conceitauerit, etiam gestus cum ipsa orationis celeritate crebrescet. Alijs locis citata, alijs pressa conueniet pronuntiatio. Illa transcurrimus, congerimus, abundamus, festinamus, ac instamus, inculcamus, infigimus. Plus autem affectus habent lentiora. Ideoque Roscius citatior, Aesopus grauior fuit, quod ille comœdias, hic tragœdias egit. Eadem motus quoque observatio est. Itaque in fabulis iuuenum, senum, militum, maronatum, grauior ingressus est. Serui, ancillae, parasiti, piscatores citatius mouentur. Tolli autem manum artifices supra oculos, demitti infra, peccus verant, adeo à capite eam petere, aut ad imum venter diducere vitiosum habetur. At sinistram intra humerum promouere, vl-

tra non deest. Sed cum auersantes in laeuam partem, velut propellemus manum, sinister humerus proferendus, ut cum capite ad dextram ferente consentiat.

Manus sinistra, nunquam sola recte gestu facit, dextra se frequenter, accommodat, siue in digitos argumenta digerimus, siue auersis in sinistram palmis abominamur, siue obijcimus aduersas, siue in latus vtrumque distendimus, siue satisfacientes, aut supplicantes.

Diuersi sunt autem hi gestus, siue submitimus, siue adorantes attollimus, siue aliqua demonstrationi, aut inuocationi protendimus: [Vos Albani tumuli, atque luci.] Aut Gracchanum illud: [Quo me miser conferam? quò veram? in Capitoliumne? at fratris sanguine redundat, an domum?] Plus enim affectus in his iunctae exhibent manus. In rebus paruis, tristibus, inuitibus, breues: magnis, letis, atrocibus extensiores sunt.

Vestis ea esse debet, quae conditionem, & locum, & tempus deceat, in qua, ut nimia cura suspicionum habet mollitiæ, ita supina negligentia à civili cultu aliena est. Caterum si quando illud Fabij valuit, maxime in actione retinendum est. Nôrit se quisque, nec tantum ex communibus præceptis, sed etiam natura sua consilium capita formandae actionis. Qui piura vider, legat cruditissimum librum, Ludouici Cretollij de Societate nostra, qui actionem oratoriam accuratè prosequutus est: mihi tantam rerum comprehensionem vno corpore molienti, diutius immorari in te praesertim, quae solo penè vsu discitur, non placuit.

Finis Libri Noni.

DE